

squalore et contritione poenitentiae nascatur : mediante enim illa, qui vel pulveris instar vel confracti vasculi jacebat, exurgit in arborem, et ad alta tendens mirificos salutis fructus affert.

VERS. 12. — CUM ADHUC SIT IN FLORE (1), NEC CARPATUR MANU, ANTE OMNES HERBAS ARESKIT. Pergit sub eadem scripi et carecti parabola hominis impij, qualem esse Jobum opinabatur, momentaneam felicitatem et celerem interitum ob oculos ponere atque exaggerare, ac si dicat : Quid mirum est scripam absque humore non virere, aut carectum sine aqua non crescere; cum etiam adhuc in flore existens, antequam aliquid manu decerpatur, aut fatee demetatur, ceteris herbis omnibus citius exarescat et marcescat? significans scilicet impijs (quibus Jobum accensebat) tum etiam, cum vel maxime opibus florere videntur, suoapte tum repente saepeinmodum marcescere, et ante mortem bonis omnibus exutos pro moreore penitus contabescere. Non assimili omnino sensu ac comparationis ratione David eandem ob causam impijs feno assimilat dicens : *Fiant sicut fenum tectorum, quod priusquam evellatur exaruit*, Psal. 128, 5, ubi bene notat S. Chrysostomus in Catenâ (quam in Psalmos Graeco-Latinam edidimus) non frustra addit *tectorum*. Quocumque enim, inquit, illud ipsum etiam quod in terrâ pingui nascitur celeriter diffuat; maxime tamen id quod in tectis oritur, quia radices robore caret à semetipso marcescit, cum ob suam imbecillitatem minime pertingat ad perfectionem.

Apertissime sanè propheta sacer cum ex naturâ feni tum ex constitutione loci impiorum hominum vilitatem fragilitatemque declarat. Talis nempe est prosperitas eorum qui vivunt in scelere et rerum secularium juncuditate. Quamobrem alibi, cum tales minime emulandos ac zelandos monuit, rationem illico

(1) עָדוּנִי, id est, בעָדוּנִי, *tantisper dum est*, deficit etiam דָּוִד, ut integer sermo sit, בעָדוּנִי דָּוִד, in flore. At juncus flore caret. באָבִי variè reddunt : *In virore suo*, inde enim מִבְּנֵי אָבִי, cum viret spica. *In arbore sua*, in virgulto suo, seu ligno, quia לֵבֶן lignum, etiam fruticibus et herbis tribuitur, ut Os. 2, 6, vel potius, juxta Eliam, in fructu suo, id est in virore et germinatione sua, seu plantâ. Ramban, in gemmâ sua, id est, fructu primo, seu maturoscens. Sed malo אָבִי pro omni virenti exponere, maxime vere; postea tamen pro omnibus que terra progerminat. *In virgâ sua*, in virore suo, in radice.

NEC CARPATUR MANU, לא תִּקְצֹר, non succidatur, non decerpatur, q. d. : Non par erat ut decerpeteretur, aut excideretur, cum vireret adhuc. Non evellitur, id est, per se perit; vel potius : *Nomen secatur?* q. d. : Non exspectatur donec maturescat, quia sine semine, sine fructu, et nullus est ejus usus nisi dum viret; id est, ante omnem herbam exciditur. Qui sensus egregius est. *Annon, dum viret, excidetur?* et ante fenum, ac herbam tectorum, ut est Psal. 129, 6, arescet. Alii aliquid hic supplent : *Etsi non decerpatur, vel succidatur, vel manucarpatur;* id est, קָצַר sign. Ante לא deficit. אָבִי. Etsi arescit citissime, etsi nulla ei vis externa afferatur. Cum nondum decerpitur, קָצַר, vide Deut. 25, vers. 25.

ANTE OMNES HERBAS, וְלִפְנֵי כָל-הָעֵדֶי, et ante omnem herbam, tamen ante, וַיִּדְעִי tamen דְּעִי, reddunt, herbam, gramen, fenum, q. d. : Citius quam alla herba. (Synopsis.)

subjunxit : *Quoniam tanquam fenum velociter arescit, et sicut olera herbarum cito decidunt*, Psal. 36, 2. S. Hieronymus vertit : *Sicut herba velociter contemur*. In Hebræo enim est vox צִדְרִי chatir (quæ etiam hoc versu habetur) et significat *gramen longum*, quod sit pabulum bestiis, aut igni; et generaliter herbam sponte provenientes, quæ dicitur עֵשֶׂב heseb : pro quo Septuaginta sæpè vertunt ζῳζῳς, fenum, licet aliquando etiam à feno condistinguantur, ut in alio Psalmo, ubi de terrâ dicitur, quod sit *producentis fenum jumentis et herbam servituti hominum*, Psal. 105, 4, ubi Septuaginta vertunt ζῳζῳς και γῳζῳς : quod in Hebræo est צִדְרִי chatir et עֵשֶׂב heseb. Eadem similitudo in hoc sensu frequens est in Scripturis, ut in illo : *Manè sicut herba transeat, vespere decidat, induret et arescat*, Psal. 89, 6. Qualem nimirum in hoc puneto prudens poeta in comediâ describit his verbis : *Quasi solstitialis herba paulisper fuit, repente exortus sum, repente occidi.* Quale item Colechium est ephemerum, quod matutino cum lucifero nascitur, cum meridiano sole viget, cum hespero lucente arescit. Vide plura de his infra cap. 14, vers. 1, annotata. Sic etiam in libris Regum dicitur : *Facti sunt velut fenum agri*, etc. Et alibi sapientis eodem similitudine humanæ conditionis imbecillitas declaratur; ut et hoc loco momentanea felicitas improborum. Ceterum ipsam modò parabola applicationem ex ipsomet Baldado audiamus.

VERS. 13. — SIC VILE (1) OMNIUM QUI OBLIVISCUNTUR DEUM, ET SPES HYPOCRITE PERIBIT. Septuaginta vertunt : *Sic igitur erunt notissima eorum qui obliviscuntur Domini*. Id est, talis sors manet illos omnes quos Dei præceptorumque ejus obliuio cepit : nam licet illis in presentiarum blandiori vultu fortuna rideat et ad tempus florere videantur adinstar scripi aut caricis in virore suo existentis; attamen ante alios arescunt,

(1) אֲדוּמָה כִּן, sic semita, id est, talia sunt instituta et rationes vite, etc. Ita comparati sunt eventus, sic illis accidit; talis est impiorum conditio; etsi florere videantur ac firmisimè esse, favore Domini, velut limo juncus, submisi et erecti, repente tamen corruunt, et ante alios pereunt, Deo tarditatem poenæ gravitate compensante.

OMNIUM QUI OBLIVISCUNTUR DEUM, et præcepta ejus. Vide Deut. 8, 11, Nehem. 9, v. 26, Job. 21, 14 : *Qui Deum sibi ob oculos non ponunt, sed opibus, etc.* fiunt. Qui impiè vivunt, Deumque facis negant, illiusque timorem ex oculis animoque depellunt. Qui contemunt Deum; obliuio contempum et affert et indicat, ut Jer. 2, 35, et 30, 14.

ET SPES, וְתִקְוָה, nam expectatio, id est, id quod expectat, nomen felicis.

HYPOCRITE, הָרֵק, perversi, impij, simulatoris, qui pietatem simulat, virtutem ejus abnegat, הָרֵק quæ pollutus, et alieno colore infectus. Opponitur hic quæ puro et recto, v. 6, et integro, v. 20. Qui non sunt integri, et conformes sibi, sed in duabus viis ambulanti, Prov. 28, 18. Vide etiam 1 Reg. 18, 21, Matth. 6, 24, Jac. 1, 6, 8. Qui, intus corrupti, exterius larvam sanctitatis induunt. Qui bonum faciunt magis ob hominum respectum quam ex verâ pietate.

PERIBIT, q. d. : Spe sua excidit. Impi manet Deo sæpè, et velut ex sese, sine vi hominum intereunt.

(Synopsis.)

et pereunt, Deo tarditater poenæ ipsorum gravitate compensante.

Nominatim autem taxat eos qui obliviscuntur Deum, id est, pessimo ingrâtitudinis vitio laborant, quod divine largitatis ac beneficentiae fontem quantum quidem est ex parte Dei in nos alioquin jugiter manantem) penitus obstruit, et quodammodò exsiccât : unde tales cum nullum amplius cœlestis gratiæ influxum percipiunt, citò marcescant et exarescant necesse est. Nam, ut pulchrè S. Bernardus lib. de Contemptu mundi ait, ingrâtitude est ventus urens, sic cœcis fontes pietatis et fluentia gratiæ. » Deterimus autem ingrâtitudinis gradus, teste Seneca, est obliuio : Nam « ingratus est, inquit, qui beneficium accepisse se negat quod accepit; ingratus item qui non reddit; ingrâtissimus omnium qui oblitus est. » Cujus rei causam hanc attulit gravis auctor lib. 5 de Beneficijs cap. 1 : « Quia nunquam fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est. » Unde nemo gratiarum immemor est unquam gratus inventus. Hoc certè natura lumine cognitum est, in eoque Gentes omnes consentiunt, homine ingrato atque immemori alienæ beneficentiæ nihil esse odiosius, nihil detestabilius; adeo ut Comicus quidam non ineptè dixerit : *Ingrato homine nihil pejus terra creat*, 2 Tim. 5. Sic Apostolus cum seculi fecem et colluvionem describeret, atque homines scelere perditos et irreligiosos velut in classes diversaque genera dispertiret, nominat inter alios ἀγῳζῳς, ingratos, beneficiorum immemores. Unde inter multa crimina, quorum in idololatriam causa rejicitur, à Sapiente numeratur *Dei immemoratio*; vel, ut in Græco est : Χἀρῳς ἀμνηστῳς, gratiæ immemoratio. Dei quippe dona illustrissima nullâ unquam debent obliuione deleri, nullâ ingrâtitudinis significatione extenuari. Quia verè dignus est beneficium amittere qui non agnoscit, et ingratus existens oculos et affectum in celum non tollit, et Deum in se beneficentissimum munerum largiorem extollere et prædicare non curat. Certè si gratiam homini non referre si mille homicidio est; quantum crimen est, Deo non referre? inquit Ambrosius.

ET SPES HYPOCRITE PERIBIT. Quia nimirum frustrabitur eo quod speraverat, et excidit spe suâ. Atque hæc est totus de scripo et carecto parabole applicatio. Nam, ut bene S. Gregorius lib. 8 Moralium, cap. 24, notat, « scripi vel carecti nomine hypocrite vitam signat, quæ speciem quidem viriditatis habet, sed humanos usus fructum utilitatis non habet; quæ sterilitate operis arida permanens solo sanctitatis colore viridescit, » etc. Sicut ergo scripus sine humore non viret, nec pulchram illam viriditatis speciem ostentat, nisi aque irriguus sit; sic et hypocrite, si non adsint spectatorum oculi, quorum laudem exoptant, ab operibus bonis cessant, et illam, quæ præstare solebant, viriditatem deponunt. In Cujus rei confirmationem etiam possumus observare quod Ludovicus Vives, Scholiastes S. Augustini, in lib. 21 de Civitate Dei, cap. 16, de Diogene Cynico refert : ille ceterorum more philosophorum, qui solam hominum

laudem intendebant (ut S. Augustinus ibidem docet) multa sanè horrenda faciebat, ut omnium oculos ad se suspiciendum mirandumque converteret : icidit cum mediâ hieme in gelidissimâ se lavaret aquâ, et frequens populus id spectans misertus hortaretur, ut sibi parceret, Plato, qui simili infirmitate laborabat, et ex seipso quid Diogenes intenderet noverat, exclamavit : *Si vultis ejus misereri, discedite; cessantibus enim oculis spectatoribus, cessabit ejus opus; quod tantum durabit quamdiu permanentes oculos spectantes se viderit*. Hypocrite enim opera sua perdidisse se putat, si à nemine conspiciatur. Hoc nempe proprium est hypocritæ, ut sit genus quoddam simulationis et vitium, quo quis factis et adscitis operibus callido artificio usurpatis, ad sanctimoniam in hominum luce oculisque ponendam, famam sibi et nominis existimationem accipatur. Non enim sanctus esse appetit, sed videri, et vocari : vult scire divina eloquia, nec tamen facere : vult rectè loqui, non tamen vivere.

Est planè stultum viti genus, index puerilis animi et minuti, ultrò in oculum et crucem incurrare, difficilia opera suscipere, gravia pati, ut falsi honoris umbrâ fruaris, nullo alio fructu, nisi ut homines te irrideant, Deus virum mortuumque excruciet. Hinc hypocrite in Apocalypsi D. Joannis symbolice describuntur equi pallidi eligie, in quo mors iniquit, ut volunt Hugo Cardinalis, Richardus à S. Victore, aliique : pallidumque volut dictum, horridiorem, exhaustum, debilitatum, non letum et nitentem, ob labores quos sustinent in simulandâ sanctimonîâ : nam seculi aedes sacras et domicilia pietatis circumant, carnis macerationem adhibent, jejuniu terminant facies suas, et alia faciunt, quæ Evangelij Scriptores enumerant dum agunt de Scribis et Phariseis, quorum vita speciem fuit hujus impie et infandæ simulationis. Apud D. Paulum dicuntur in hypocrisi loquentes mendaciam et cauteriatam habere conscientiam, videlicet affectat et igneo ardore voratam, qui patientissimè notat à demone impressas doloresque magnos pro nililo ferant, et tetror ardore putant. Ita Pharisei, cum pietatem fingerent, evertent innocentiam, Deo sapientiam illuderent, in sine ora vestis talariæ toga spinas adhibebant non sine cruciatu corporis acerboque sensu; ut aculeis icili cum ingrederentur, visique ab hominibus, patientis animi laudem colligerent. Quæ stultitia est atque impie mentis error, sustinere gravia nullo lucro, nisi ut penam fovereris; religionem adhibere ad conculeandam religionem; virtute abuti in ipsius virtutis opprobrium; adhibere divinum cultum in contumeliam sanctissimi Numinis; artificio malitiæ bonum velle videri? Illud dum impiam illam vecondiam Patres et miserantur, et auctoratos illos demoni et vanitati cum Simone Cyrenæo componunt, qui fumo angariati sint ad crucem ferendam, ad laboriosa vite genus inutiliter exorbent. Sanctus Petrus cognomento Chrysologus, serm. 7, vocat pestilentiam, quæ remedijs creat morbos, conficit de medicinâ languorem, sanctitatem evertit in crimen, placeationem facit reatum, generat



de propitiatione discrimen, ubi etiam eleganter hypocrisis nominat (virtutum tucum, tinea sanctitatis; que crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum); jejunium jejunio perimit, oratione orationem (evacuat, etc. Quomodo autem spes hypocrite pereat ostendit Balaam cum subdit:

VERS. 14. — NON EI PLACEBIT VECORDIA SUA (1); ET SICUT TELA ARANEARUM FIDUCIA EJUS. VECORS plane est (inquit Sanctius noster) et stuporis intolerabilis ille, qui placere se Deo putat specie tantum externa atque facta sanctitatis; quasi Deus illud posset et capi falsarum rerum imagine. Qui autem in ejusmodi sanctitate sibi placet, nititurque quasi aliquo fundamento solido, si nullis est illi qui vestigia sua aut domum in tenui se-

(1) Id est, vel, 1º non Deo placebit; vel, 2º non sibi, etc. Impius damnabit suam stultitiam. וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃, *ejus* (nempe hypocrite; sive impii, de quo nunc sing. nunc plur. loquitur), *spes*, sive *expectatio*, vel *fiducia*, ut Job. 4, 6. Sed quia sequitur וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃, etc., acceditur, sive *excidetur*, vel, *frustrabitur*, pleonasmus usitatus, ut Psal. 1, 4, *ejus filium ejus*; etc., *acciditur*, sive *excidetur*, vel, *frustrabitur*, vel, *per negligentiam interit*, vel, *fragilis*, sub. est, *excidit*. Ad verbum: *Qui succidet spem ejus*; alii *imminuetur*. Alii Hebraei omnes. Sumitur autem pro fastidire et tadio alio: q. d.: Molestia ei erit expectatio sua, quod ea excidat; ita autem sumitur metaphorice, quod ita quos tadio sese torquent, et veste et se membraque sua lacorent, et velut dissecant. Sic Psal. 93, 10, et Ezech. 20, 43. *Et fiducia ejus frustrabitur*. *Succiditur*, *iniquitas*, *spes ejus*, *sem quoniam auferetur spes ejus*, aut *quem abominabitur*, vel *fastidit*, *spes ejus*, sive *vera*. *Nam*, quia sequitur declaratio praecedentium, et וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃ valet *nam*; Eccl. 7, 22, et Jerem. 32, 3, *fastidit*; id est, quasi fastidians destituit, cum *spes ejus*, id est, id quod sperat. Post וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃ suppleo vocem *h*: Sic enim nomen personae, inferentive propositione 2. regit verbum istud, ut videtur est Psal. 93, 10. *Confidentia ejus* (id est, devotio et caetera in quibus confidit) *excidatur*, vel, ut alii, *fastidium* est, sive res abominabilis, et tadio quasi cum tadio rejicitur, et detestabilis fiet. *Quod quis fastidit* (vel *nansen*, *abominatio*) est *confidentia ejus*; vel, quod omne carnale sit revera abominabile, in primis si Deo opponatur; vel, quod in exitu, cum spem fidens non implet, fiat tadium, et cordalium, et pndor, etc. (Synopsis.)

Verbum istud h. l. multi *fastidendi* significat capiant, quem alias obdinet, ut Ps. 93, 10, Ezech. 16, 47, 20, 45 vertuntque: *Cujus* (hypocrite) *spes fastidietur*, et molestia erit, quod ea excidat. Ita et Hieronymus videtur verbum illud intellexisse, sed *non placuit ei vecordia sua*. Commodior tamen sensus erit, si וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃ h. l. smaanus notione Arabici, *praedit*, ut sit: *Cujus praeditur spes*. Ita et Syrus: *Abscinditur spes ejus*. Necnon Chaldaeus: *וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃ וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃*, *auferetur spes ejus*. Knochius quoque et Jarchius moment, habere verbum istud h. l. significationem *reverti absconditio*, et deducunt à וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃, quod frequenter in phrasibus *parum pusillum* כִּי־יִשָּׁר׃ Aben-Esra non incommode exposuit וְכַדֵּי כִּי־יִשָּׁר׃ *nansu* seu *innisus ejus*, id quo nichetur, et in quo spem fiduciaque collocabat, *non appat*. Quod magis convenit ei quod sequitur: *Et sicut telam araneam fiducia ejus*. Illud in quo ponit fiduciam, Ps. 40, 5, Jerem. 17, 7. *Domum araneae* vocat telam, quam orditur aranea ad capiendas muscas, quia nihil levius est et infirmius, quae facillime abrumptur. Arabes quoque *domum araneae* telam ejus appellare, ostendit Bochartus Hieros. part. 2, l. 4, cap. 25, tom. 3, p. 307, edit. Lips. (rosennuller.)

fragili aranearum tela fundare velit, aut illa tela suam induere nuditate: qua in re et ostendit stuporem ac vecordiam, et aliis se irriduendum praebet. Aranearum tela proverbialit forma apud Hebraeos sumitur pro re vilissimâ, quaeque facillè dissipari potest: cum tamen magno aranearum labore et earum visceribus elaborata sit. Saepè hoc proverbium in Scripturâ legitimus. Illius sensum explicat Isaias; qui cum dixisset de impiis: (Tela araneae texerunt, et mox addidit: Tela eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia. Isaiæ 59, 5.

David quoque in omnem partem oculatus, qui clarissimo in lumine et naturæ et gratiæ cursum intuebatur, cum vellet vitæ humanæ imbecillitatem ante oculos subjicere, hanc imaginem excogitavit; pingit enim vitam araneam inutili se labore erudiente et penitus evaserantem, tum similem esse hominem pronuntiat, Psal. 89, 10: *Anni nostri sicut aranea meditantur*, vel, ut legitur Septuaginta, *ἐπιτεταται, meditantur sunt*. Quem locum illustrat in nunc modum Scholias: *Hæc*, inquit, *vita nostra omnis est imbecilla sicut tela aranearum; subdit hic vocari meditationem ἐπιτεταται, assiduam afflictionem et miseriam*. Et S. Hieronymus Epistolâ ad Cyprianum araneae meditationem alii dicit *infirmatatem operis illius*. Quid igitur sunt anni nostri? quid vita, quam hic degimus, in quo prudenti consilio nostro gestimus, et magnificè gloriosèque extollimur, in qua nos posse humana omnia moderari ad reliquorum omnium admirationem confidimus? Nihil aliud nisi araneae meditatio *ἐπιτεταται*, laboriosa quaedam mentis exercitatio, frivolum opus atque inutile, et difficilem negarum plenissimum, in quo dies et noctes ordiendo et texendo casso labore mens consumitur. Hinc tenduntur cogitationum fila tenuia, et in orbem atque in gyrum aegri capitis consilia recuntur, animi proposita figurant, fila rumpuntur, cor exsuccum et exenteratum languescit, muscae captantur, jamque spe et expectatione devorantur; cum modicus ventus adversi flatus inanem illam paraturam, subtilium texturam cogitationum, vana multitudine, perennium vigiliarum meandros, sollicitudinum plexus, illam denique araneae meditationem, ut pompam quandam imbecillitatis humanæ, subito frangit et evertit.

Consideranda hic cum D. Gregorio multa circa aranearum telas, ex quibus domunculas sibi faciunt, quæ cum inioribus hypocritarum apprime consentiunt: Primum, nullum esse opus subtilius, nec majori ordine compositum inter animalium opera cæterorum, quam telam araneæ, quam saepè admirantes conspiciunt.

Deinde, nullum esse animal, quod ita laboret in opere suo sicut aranea. Caetera enim animalia conflant opera ex his quæ illis extrinseca sunt, v. g. ex paleis luto coagulatis hirundo atque aves nidum construunt; aranea verò ex intimis præcordiis, ex ipsismet suis visceribus fila trahit, quibus telam orditur. Deinde caetera animalia domunculas sibi faciunt, aut fo-

veas sibi sub brevi spatio conflant; aranea autem hinc inde texens procedit, egreditur et regreditur, et saepè ab uno loco in alium ipsum dico, Quoniam et ipsi (telis aranearum quod tabidius? Attende et ipsum animal, quam tabidum est; pone supra leviter digitum; ruina est, nihil omnino tabidius.) Unde David ait: *Tabescere fecisti sicut araneam annuum ejus*, pro quo Symmachus vertit: *Και δαιδύει ὡς ἄρατος ἐπιτεταται ἀνός, et dissolvit tanquam cariem desiderabile illius*; S. Hieronymus: *Et posuisti quasi tinea desiderabilia illius*. Sicut enim aranea facile perit, et tinea; si obijciat soli; diffinit et interit abiens in auras, ita hominis hypocrite desiderium et spes, vita, status; conditio fugacissima sunt, et corruptele maxime obnoxia.

Denique, nullum esse opus, quod facillè dissipetur et pereat; nec enim requiruntur mille ferret, aut securus, aut lombardarum ietus; aut lancearum vibrationes, sufficit levis aer ad telam penitus dissipandam, ut ultra non solum ipsa tota, sed nec ejus pars aut filium appareat.

Tandem totum opus tanto labore confectum, ordinatum tantummodo est ad muscas et ciniphes capiendos, quibus aranea sustentatur; talis quippe pastus tali animali dignus.

Istiusmodi prorsus sunt hypocritarum opera, telis aranearum simillima. Primum videntur eorum opera esse ordinatissima, magnè discretione perfecta; hoc enim tanto magis procurant, quanto sollicitius contendunt, ne aliquis deiceus in eorum operibus et in eorum actionibus deprehendatur.

Secundo, summo cum labore tela opera faciunt. Mirâ abstinentiâ se affligunt, inquit D. Gregorius lib. 8 Moral. cap. 50, omne robur corporis atterunt, et quasi carnis vilam in carne viventes extinguunt; cæque per abstinentiam morti appropriant, ut penè quotidie morientes vivant; Veritate attestante, quæcât: *Externantur facies suas, ut appareant hominibus jejunositas*. Nam ora pallescent, corpus debilitatur; quatitur; peccus interruptentibus suspiriis urgetur, etc.

Tertio, tam facillè opus eorum dissolvitur, et tela, quam orsi fuerint, consumitur, ut levi flatu venti dissipetur et pereat; et quia quicquid hypocrite cum labore peragit, inquit ibidem S. Gregorius, aura humani favoris tollit; et dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in ventum labor evanescit.

Tandem si inquiras, quid miser grandi suo labore intendat, invenies ejus spem similem esse araneæ, quæ nihil aliud nisi muscas et ciniphes resonantes captare constituit, humanam scilicet laudem, transitoriamque, momentaneam ac inanem gloriam, quæ patitur; quam aucupatur, similis Ebraïno, de quo Propheta dicit, Osæ 12, 1: *Ephraim pascit ventum*.

Merito igitur fiduciaem hypocritæ cum araneolâ textu comparat, qui levissima rei attractu et ventulo exiguo frangitur. Vere sicut tela aranearum fiducia ejus; quasi diceret: Qui in se confidit, infirmissima nititur, qui sustentare non possit: ruet igitur, et illudetur. Septuaginta vertunt, *Ἀράχνη δὲ ἀνός ἀποδορεται ἅ σάρκα*. Aranea autem evadit ejus tabernaculum; S. Augustinus transtulit: *Araneis impletur tabernaculum ejus*, id est, interbit ipse cum posteris suis, ita ut non supersit qui habitet in tabernaculo ejus, et vitam domum araneæ occupent. Quo ferè sensu etiam Osæ ait, cap. 8, 6: *Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samaria*, id est, non coletur amplius pro Deo; sed ut vile quid et abjectum sordidius et cassibus aranearum impletur; vel potius, in nihilum redigetur, sicut solent tela aranearum in fila resolute diffiliari et dissipari. Est quippe aranea ejus-

que tela symbolum fragilitatis ac tabitudinis, ut S. Augustinus in Psal. 58, annotavit dicens: *Quid tabidius aranea? animal ipsum dico, Quoniam et ipsi (telis aranearum quod tabidius? Attende et ipsum animal, quam tabidum est; pone supra leviter digitum; ruina est, nihil omnino tabidius.) Unde David ait: Tabescere fecisti sicut araneam annuum ejus, pro quo Symmachus vertit: Και δαιδύει ὡς ἄρατος ἐπιτεταται ἀνός, et dissolvit tanquam cariem desiderabile illius*; S. Hieronymus: *Et posuisti quasi tinea desiderabilia illius*. Sicut enim aranea facile perit, et tinea; si obijciat soli; diffinit et interit abiens in auras, ita hominis hypocrite desiderium et spes, vita, status; conditio fugacissima sunt, et corruptele maxime obnoxia.

VERS. 15. — INNETITUR SUPER DOMUM SUAM (1), ET NON STABIT: FULCIET EAM, ET NON CONSERVET. Explicatur vis et usus proverbii paulo ante allati, et quæ hypocrita dicitur aranearum telas operatur; quia scilicet non plus habebit firmitatis in domo; quam magnus adificavit impensis, quam si telas è suis visceribus aranearum in morem texuisset. Unde liquet,

(1) Aut ejus, scil. araneæ. Super eam innititur, vel 1º aranea; quæ cum tele illa impetu nititur, rumpitur tela et corrumpit: sic impio accidit, qui divitiis, etc., innititur et fallit. Vel 2º spes impii, sive impius ipse. Per domum impii omnia intelligit (quibus ille nihil poterat, etc. opes, potentiam, etc.

Et non stabit: *עָלָה נָתַן*. *Quæ tamen non consistet*, non permanebit, sed conservabitur per domum suam; imò ipsa etiam corrumpet, et ruina sua eam opprimet. Sed illa non consistit; qui enim domi ejus innitetur non consistit.

FULCIET EAM, *וְכַדֵּי כִי־יִשָּׁר׃*, *roborabit in eam, fulciet se, vel, firmat se, super eam; apprehendet eam; tenebit eam firmiter, ut se per illam sustentet, vel ut ipsam etiam sustineat*. Putabit se cum velut mollicius tenere, in eâ se stabilem semper fore putans.

ET NON CONSERVET, *וְכַדֵּי כִי־יִשָּׁר׃* *non consistet, non stabit*, Psal. 1, 3, nempe in iudicio, sed causa cadet, non permanebit, sed illa non perstat. Peribit ipse cum suo iulamento. Nulla arte domus fila stabili potest.

(Synopsis.)  
Il se voudra appuyer sur sa maison, et elle n'aura point de fermeté. Saint Grégoire pape dit très-bien sur ces paroles: Que de même que la maison extérieure de nos corps est l'édifice matériel où ils habitent, aussi la maison intérieure de notre cœur est proprement tout objet où il se repose par son amour. Car nous demeurons en quelque sorte, ajoute-t-il, et nous nous reposons dans toutes les choses que nous aimons, ce qui faisait dire à saint Paul, dont le cœur était déjà dans le ciel, quoique son corps fût encore sur la terre: *Notre conversation est dans les cieux*, l'esprit de l'hypocrite, continue ce Père, ne pense donc et ne recherche en tout ce qu'il fait que la gloire et la vaine estime des hommes. Ainsi sa maison est le plaisir et le repos qu'il trouve dans la vanité de cette gloire passagère. Mais cette maison ne peut subsister, parce que toutes les louanges humaines disparaissent avec la vie, et que la faveur des hommes est incompatible avec la sévérité du jugement du Seigneur. Ce qui fut cause que les vierges folles, n'ayant point pris d'huile dans leurs vases; c'est-à-dire, n'ayant pas eu soin de mettre leur gloire dans la pureté de leurs consciences, et ne l'ayant fait dépendre que de l'estime des autres furent tout d'un coup troublées par la présence de l'Époux, et dirent aux vierges sages: *Donnez-nous de votre huile, parce que nos lampes s'éteignent.* (Sacy.)



quàm sit stultum re adeò fragili niti velle, quæ levisimo fortunæ tactu flatuve deiecit. Liqueat etiam vana esse conatus impii satagentis rem inconstantissimam stabilire, cum nequeat illa diu consistere. Nihil enim firmum, nihil fixum et stabile est, quod Dei sit præsidio destitutum. Atque adeò ædem suam Deus, quam sibi in Jerusalem ædificari imperaverat, in quâ ob eam rem Judæi, cum essent scelerati, spem maximam subsidii posuerant, ut vanam hujusmodi spem et fallaciam ostenderet, everti voluit, sicut est per Jeremiam minatus, dicens, cap. 7, 14: *Factam domui huic, in quâ invocatum est nomen meum, et in quâ vos habetis fiduciam, et loco quem dedi vobis, et patribus vestris, sicut feci Sulo, et projeciam vos à facie meâ.*

Septuaginta hunc versum reddunt hoc modo: *Si sufflaverit domum suam, non stabit; et cum ceperit, non permanebit.* Ubi conatus impii domum firmam perpetuamque molientis, è contrario verò ira Dei demolientis eventusque notatur. Hinc amplà divinum iniquorum palatia vel cœpta non perficiuntur, vel absoluta brevi corrumpunt.

Ostendit autem quàm sit stultum et futile hypocritarum opus, quod et nullum apud Deum pondus habebit, et quod stolido homini hypocritis imponit, opus non solum inutile, sed etiam intolerabile est. Est enim durum simulare diu quod non est alieno furo, aut quod est perpetuo quodam artificio et immenso labore dissimulare. Hec sanè doctrina Baldadi, si bene adaptetur, deriveturque in eos, qui abjecta Dei curâ res cadentes diligentissimè conquirunt, ad mores corrigendos professe poterit, quidquid ille cogitaret, dum eam promeret. Multa quippe amicum Jobi pronuntiata et vera et graviora sunt, tamen Jobo, qui eis minimè indiget, obtrudi non debuerunt. Pergit autem Baldad sententiam poetice excreantem pertere, cum subdit:

VERS. 16. — HEMECTUS VIDETUR ANTEQUAM VENIAT SOL, ET IN ORTU SVO GERMIN EJUS EGREDIETUR (1).

— VERS. 17. — SUPER ACERVUM PETRARUM RADICES

(1) *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת* aliqui *palam*, in conspectu omnium interpretantur, quasi idem sit, quod *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת* et *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת*, 2 Sam. 12, 11, 12. Alii, post Chaldaeam, ante ortum solis, ejus ardorem ferre nequiret, antequam sol inardescens cum arboreo adurat et arefaciat. Rectius aliis: *In conspectu solis*, i. e., sub ejusdem benigno furo et influxu, qui h. l. representat blandiorem et ridendum fortunam, quâ impii res mirum in modum progreduntur. *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת*, et *super*, per (ita *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת* 2, 15) *hortum ipsius*, in quo plantata est ea arbor, *ejus propago erit*, i. e., expandit sese et latè diffunditur. *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת*, proprie *ejusdem, pulvis lacteus*, et femininum *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת* transferatur ad *rumo propallantes*, novellas tenellosque surculos, qui et Græcis *αἰσχροί*, conf. infra 14, 7, Os. 14, 7.

(Rosenmuller.)  
Hebr. : *Virens, sine viridis, est; tener ipse; humidus enim est; succosus fuerit iste. Ante solem, id est, vel 1º etiam in ardore solis, q. d. : Adeo succosus est, ut etiam coram astu solis vireat, ne areseat. Sub sole, Viridis est (sub arbor quoddam) solis exposita. Vel : *Cæteris plantis in se humorem continetis, etiam cum in sole sit; propago tenera prodit in horto.* Postquam egi de herbis, quæ sine humore alieno non virent, transit ad arboris, quæ ob insitum*

EJUS DENSBANTUR, ET INTER LAPIDIS COMMORABITUR (1). Hic locus difficilis est et obscurus, quem varie interpretum lectiones et auctorum expositiones, quæ Sanctius et Pineda recensent, diligentior reddunt. Sed non errabimus, sequentes mentem sanctorum Patrum tam Græcorum quàm Latinorum, signanter Philippi Diaconi, B. Gregorii, D. Thomæ et Bedæ, qui existimant Baldadam his verbis persistere in eâ quam cœperat metaphorâ scripi, explicaturum hypocrite mores et sortem, quam, quantum existimo, ita ad vivum exprimere conatus fuit, ut incipiens describere hypocritam à scripo, deinceps de ipso hypocritâ solummodo loquatur, et quæ hic dicit non scripo, sed hypocrite tantum convenient. Solis nomine, inquit S. Gregorius lib. 8 Moralium, cap. 53, Christus

humorem solis ardores facili ferunt, quibus iusti sunt similes. Vel 2º *antequam oriatur sol*; à postea solis ardore exarescit, q. d. : Priusquam cum attingat ardor iræ et ultionis divine. Al. *coram sole*, i. e., palam, in oculis omnium, ut 2 Sam. 12, 11.

Quò pertinet pronomen *הַיֵּשֶׁבֶת* Resp. 1º : Ad scripum, seu juncaum, ut continet quod de eo supra dixerat. Non placet Mercero. 1º Is ita alte radices non agit, nec inter lapidos loca crescit (quod de hoc dicitur v. 17). 2º Nec junca in horto suo se explicat, ut hic dicitur. 3º Neque *ex alto pulvere nascitur*, juxta vers. 19, Resp. 2º, ad impium, sive hypocritam, de quo, ut præcedentia, ita hæc diantur; sed jam aliâ similitudine eodem spectante, ejusque exitum describente; eam sumit ex arbore probe radicâta, et feliciter succrescente, etc. De eo hucusque verba fecit inde à versu 15. Sensus est : Felices quidem sunt interdum hypocrite, virentque instar arboris succosa. Pulchre conspiciunt hæc explicatio cum, juxta vers. 19, Resp. 2º, ad pios in tentatione subsistentes, quorum status longè meliùs florens impis opponitur; hi antea scripo et granum (confutur), illi arbori. Et sanè fatetur phrasibus et prædicatis hæc sententiam convenire; contextu, scopo et conclusionè Baldadi etiam confirmari; unde illam non possunus rejicere. Justi hæc comparantur arbori, quâ similitudine ostendit felicitatem vere piorum. (Synopsis.)

(1) Hoc versu multi existimant continuari descriptionem conditionis prosperæ, quâ impius gaudet, arbori firmatâ jam stirpe et bene radicâta comparatur. Neque hi tamen de singularium dictionum sensu inter se conveniunt. Et primò quidem ambigunt est 52, quod et *lapidum acervum* (ut Genes. 51, 46, 48, 51, 52, Osee 7, 26, 2 Sam. 18, 17) et *fructus notat* (ut infra 38, 14, Ps. 89, 10; 107, 25, 29, et scripsis alias). Posteriore significatu inter veteres accepti Syrus et Arabs, et recentiorum quidam, qui *juxta scripturigenam*, seu rivum aquarum interpretantur, conferentes Jerem. 17, 8, Ps. 1, 3. Plures tamen de *acervo lapidum* intelligunt, ut inter acervos quoque lapidum, et impedimenta quævis, dicitur firmissimas agere radices, ad lapides usque circumquaque positas, radices suas promittere, illisque implicare, et ita constanter vivere atque succrescere. *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת* h. l. de *acervo lapidum* capiendum esse, docet ei respondens in altero hemistichio *בֵּית הַלְּבַבִּים*, *locus lapidosus*, Aramæa dicens formula, ut *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת* *domus incisionum* est, locus salebrosus, in Paraphrasi Chaldaicâ Isa. 40, 5, *domus spirituum*, pro terrâ spinis obsidâ. Plures hujusmodi dictionum series reperies in Dextorffii Lex. Chald. voc. *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת*, p. 3027 *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת*, implicatur, intorquetur radices ejus, acervo lapidum procurrum carum inibente, *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת*, i. e., sentit, experietur, ut infra, 15, 17, 24, 1, Isa. 26, 11. Alexandrinis: *עַץ הַיֵּשֶׁבֶת* *לְעֵץ הַיֵּשֶׁבֶת*, quasi *בֵּית הַיֵּשֶׁבֶת* *legit.* (Rosenmuller.)

expriuntur; hic advenit tanquam sol, et oriatur clarus in die judicii, quando illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, 1 Cor. 4, 5, de quo ad litteram per Malachiam dixit Deus cap. 4, 5: *Ecce dies venit succensa quasi caminus* (diem judicii indicat); et oriatur vobis *timentibus nomen meum sol justitiæ*. Apè, inquit S. Hieronymus in cap. 4 Malachie, dicitur, quòd oriatur ut sol, quia omnia patefaciet, et manifestissima reddet. Sol, inquit ibidem Ribera noster, quasi restituit rebus sumum colorem, quem nox abstulisse visa fuit, juxta illud Poetæ lib. 6 Æneidos:

..... Et rebus nox abstulit atra colorem.

Quod imitatus Prudentius dixit:

Rebusque jam color reddit

Vultu nitentis sideris.

Orietur propterea Christus sicut sol, quia unusquisque sub claritatis illius splendore verum ac genuinum vultum suum referet. Unde quod noster legit: *His qui diligunt adventum ejus*, 1 Tim. 4, 8, S. Augustinus sæpè legit: *Qui diligunt manifestationem ejus*. Quasi adventus ejus futura sit illius manifestatio, et tanquam quidam solis ortus, qui se splendorem et omnia illuminantem exhibebit. Antequam hic sol veniat, inquit sanctus Gregorius, humectus videtur scripus, qui priusquam divina districtio in judicio doceat, omnis hypocrita infusus se sanctitatis gratiâ ostentat, quasi virens aspicitur, quia justus æstimatur; honoris locum obinet, gloriâ sanctitatis pollet, à cunctis ei venerat deferunt, opinione laudis extenditur. Ante solis adventum germen suum scripus ostentat, quo pulcher apparet, etc.

Et si quæras quid hypocrita per hujusmodi opera intendat, *super acervum*, inquit, *petrarum radices ejus densabuntur, et inter lapides commorabitur*; Septuaginta vertunt: *Ἐνὶ συναγωγῆν λίθων κολληθῶσι, in congregatione lapidum dormit, aut quiescit*; Scholion habet: *Ἐνὶ θορυβῶν ἔλασ ἀβρόν, super collem radices ejus*. Quæ verba sunt ex eo difficilia, quòd scripo non videantur convenire, qui non radices super petras mittit, nec inter lapides oriatur, sed ad aquarum decursus, et in locis humentibus, non in collibus nascitur, sed in convallibus. Omnem tamen difficultatem auferit, quòd diximus, Baldadam (qui in scripo hypocritam primò describendum assumpserat) nunc relicto scripo, ea quæ ipsi tantum hypocrite conveniunt elegantissimè exprimere. Quid radicem nomine, inquit ibidem S. Gregorius, cap. 53, nisi clatentes cogitationes et intentiones accipimus? quæ in occulto proudeant, sed in ostensione operum per apertum insurgunt. Sicut et de verbis semine per prophetam dicitur: *Hoc quod salvatum fuerit de domo Judâ, et quod reliquum est, mittet radicem deorsum, et faciet fructum sursum*. Radicem quippe deorsum mittere, est cogitationem bonam in abditis multiplicare; fructum verò sursum facere, est per efficaciam operis recta quæ cogitavit ostendere. Lapidum verò nomine in sanctâ Scripturâ homines designantur, sicut sanctæ Ecclesiæ per Isaiam dicitur,

cap. 54, 12: *Ponam jaspidem propugnacula tua, et portas tuas lapides sculptos*. Quid namque lapidum nomine intelligi vellet explicuit subdens: *Universos filios tuos doctos à Domino*. Et sicut admodum Petro dicitur, 1 Epist. c. 2, 5: *Et vos tanquam lapides vivi superedificamini domus spiritualis*; hoc citaque loco quia lapides dicti sunt; sed tamen vivi minime dicuntur, nudâ appellatione lapidum permixti possunt reprobi et electi figurari.

Scirpus itaque iste, qui inter lapides commoratur, super acervum petrarum radices densat, quia hypocrita omnes suas cogitationes in exquirendâ hominum admiratione multiplicat. Per omne enim quod hypocrite faciunt, quia occultis cogitationibus laudes hominum requirunt, quasi radices scripi in acervum petrarum mittunt, unde et factis suis perpetuò arbitros requirunt, ibique mentis suæ intentionem avidius reponunt, ubi majorem hominum attentionem et congrerium vident, de quibus Dominus, Matth. 6, 16: *Exterminant facies, ut appareant hominibus jejunes, etc.* Ex his intelligit illorum stoliditatem, qui petras inquirunt, ut super eas mittant radices. Quem humorem putas extrahere posse herbas, quæ super acervum lapidum suas radices miserint? parvum certè et exiguum, quamobrem et semen, quod cecidit super petras, natum statim aruit, quoniam non habebat humorem, Luc. 8, 6. Sicut aliqui homines lapidibus ipsis duriores, ex quibus aquam abundantem trahere opus est divinæ virtutis, per quam eduxit aquam de petrâ. Optimè istorum hominum duritiam philosophus ille intellexit, qui ut assuereceret non commoveri, nec irasci contra homines petra negantes, primò ad petras accedebat, petens supplicia ab eis quòd ab hominibus postulare intendebat. Sæpè enim idem est ab hominibus atque à durissimis petris aliquid præstolari aut expectare. Quæ omnes mentis suæ cogitationes ac intentiones suæ radices super petras collocat, quem credis extracturum humorem? Exilem sanè et exiguum, ad minimum coloris æstum, aut ad levem flantis venti auram existendum et consumendum. Alium profectò nobis locum designat Christus, in quo radices mittamus, ipsam scilicet Patrem celestem, qui est petrag infundit substantiam, ex quo omnia bona promanant, in quem qui radices miserint, non erit sollicitus in tempore sciccitatis, neque cum venerit æstus, ut dixit Jeremias, cap. 17, 8. In Deo item justorum radices fixas exponebat Spiritus sanctus de illis dicens in Sapientia: *Cogitatio eorum apud Altissimum*.

VERS. 18. — ST ABSORBUERIT EUM DE LOCO SVO (1).

(1) *אֶם-יִבְלַעַהּ*, si absorberit eum, subauhant aliqui participium verbi *בלע*, *absorbens*, i. e., si absorpta fuerit è loco suo. Sed videtur potius è versu præced. *לֵב* aut *לֵב הַיֵּשֶׁבֶת* *לֵב הַיֵּשֶׁבֶת*, ut *solum lapidosum* dicatur absorbere improbum illum altanum, cui humorem et nutrimentum sufflere necesse, quinimò cujus radices respit quasi ac repellit, malam stirpem malè tandem perdens. *לֵב הַיֵּשֶׁבֶת*, *non negabit eum*, improbum, sub arboris figurâ descriptum, scil. locus ipsius. Elegans prospectio, qualis supra, 7, 10, Ps. 105, 16. Ita è suo loco excidetur et interbit, ut nullum ejus vestigium sit superfuturum. (Rosenmuller.)



NEGAT EUM, ET DICIT: NON NOVI TE. — VERS. 19. — HEC EST ENIM LETITIA VITAE EUS, UT BURSUM DE TERRA ALII GERMINENT (1). Quod si, inquit, Deus iratus, ut solea injecta indignationis flamma impium absorpsit, et avulserit à domicilio suo, ubi arboris more radices deflexerat, ipsemet locus, aut domus ab aliis, puta creditoribus, occupata quasi tacita loqueretur, aënis: Nescio quis sis. Haec scilicet est prosperitas vitae viri impii, qui ut arbor noxia stirpibus evellitur, ut alii tanquam fructuosa planta nascentur, et prosperentur. Ita sanè convincunt exempla praeque antiqua et recentia, quae timorem incutiunt. Quis enim non animadvertat homines impios honoribus et opibus affluentem in extremam calamitatem sepe immero coniectos, qui ad janua domorum amplissimarum, in quibus floruerant, penè stipem corrogantes multiplices referunt repulsas, quasi locus ipse per prospopociam diceret: Non novi vos? Sic interdidit prosperitas peccatorum, quae per agri lætitiâ hoc loco eleganter designatur; et alii pro eis locupletantur, sicut scriptum est, Eccli. 10, 17: *Sedes ducum superforam destruxit Deus, et sedere fecit mites pro eis*. Exemplo sunt Lucifer cum angelis apostaticis, quos detraxit è thronis caelestibus, in quibus eorum loco Apostolos alioquos viros humiles ac mites collocavit. Sic superbo Balhasare è monarchiâ Assyriorum dejecto surrogavit Darium et Cyrum, qui mites fuere erga Israelitas.

De hypocritâ autem hunc locum conformiter superioribus rectè sic exposueris, quasi dicat: Cum Deus eum è vivis subtraxerit, nequaquam pro suo servo agnoscat, sed dicit id quod fatuus virginibus dixit: *Amen dico vobis, nescio vos*; quia opera, licet ex genere bona, accepta non habet, quae praepostera intentio captanda laudis humanae à sua bonitate deiecit. Est ergo vanus honor ex sanctâ conversatione quasitus, qui non caelestibus premiis evacuat, et thesaurum illum, quem in aeternâ patriâ speramus, pro inani favore et momentaneo commutat.

Hucusque Baldad argumentum ad exemplis majorum et à naturali similitudine contextit, ut Jobum ad

(1) Sarcasticè hanc comparationem concludit: En quo redat ejus gaudium, dum ita sese effert: haec est letitia, quâ sibi placebat exultans in magnitudine suâ. *Viam* appellat statum in quo erat, et conditionem, ut supra, 5, 25; infra, 17, 9, 21, 31. *Non* per enallagen distributionis in plurali significandum est, ut supra, 6, 20; Exod. 1, 10; Is. 419, 103; Proverb. 28, 4. Alie ex humo progeminabantur plantae, in locum male illius stirpis ac revulsae. Sedem et bona impii deleti alii occupant; conf. similem sententiam infra, 27, 16, 17. Hic finitur vetustum carmen, cuius initium supra, v. 11. Ceterum sunt, qui totum hunc locum inde à v. 16. *וְיִשָּׁר הָאֵרֶץ*, *virens est*, etc., aliter accipiant, ut, postquam Baldad exitum descripsit impiorum similitudine juncti, et vanam ac fragilem eorum spem similitudine araneae, hanc contra dictâ interduam proborum extendat, ac stabilitatem, quâ etiam erelli è loco suo videntur, tamen non propter ead eis in malum cedat, neque ideo de firmitate suâ decedat, quoniam potius mala, quae illis acciderant, convertantur in bonum. (Rosenmuller.)

penitentiam promoveret, modò verò ex eis quae graviter, et opinione quidem suâ, piè praemis atque amplificavit, deducit id quod in principio posuit, scilicet, Deum non pervertere iudicium insontes plectendo, foreque proptium, si Jobus supplices ad eum preces emisit.

VERS. 20. — DEUS NON PROJICIET (1) SIMPLICEM, NEC PORRIGET MANUM MALIGNIS. Concludit totius statum controversiae, et ex parte Dei discrimen statuit inter hominem malignum seu hypocritam, et eum qui simplici est ac sincero pectore; siquidem hunc Deus ut sibi similem diligit, et amicè suscipit, illum verò tanquam inimicum à se rejicit ac detestatur, juxta illud: *Abominatio Domini est omnis illusor; et cum simplicibus sermocinatio ejus*, Prov. 55, 52. Atque ex his non obscure videri potest quantum sit malum et fugiendum simulatio et hypocrisis (quam superius capite quinto ad versum 18, omni juri tum divini tum humano repugnare ostendimus), quantumque bonum et omnibus amplectendum sit simplicitas et candiditas pectoris innocentia, quae Deo nos familiares reddit et participes munerum divinisiorum. Unde S. Dionysius Acropagita, quo nemo post apostolos sublimius atque magnificentius de Numine disseruit, in Dei Nominibus cap. 1, § 3, ponit simplicitatem: Deus, inquit, est *τὸν ἀπικεύων ἀπικέρον*, eorum qui simplices sunt simplicitas. Quem fortè imitatus Tertullianus lib. de Baptismo cap. 2, proprietates Dei ait esse *simplicitatem et potestatem*, ipsumque simplicia quaedam in Sacramentis elegisse. Theologiae verò scholae omnes perscrutant, Deum esse simplicissimum ens, sine ulla compositione; in quo nihil varium, mixtum, et turbulentum, et dissimilibus concretum, omnè unum. Quam simplicitatem omni ratione perfectam etsi nulla creatura consequi potest, monentur tamen ut vitâ et moribus, quantum fieri potest, ad illam accedant; hanc autem quanti etiam in hominibus asserunt et amet Deus, ipsamet corporata sanctus Iesus Christus luculenter ostendit, quando non ex superbiâ quâpiam, auro gemmisque turgidâ mundi reginâ, sed ex humilitatè et immaculatâ Virgine Mariâ, simplicitate candidâ, pudore rubicundâ, carnem assumere ac nasci dignatus est; nam vix natus luculenter cepit, quam creârat, humanis oculis duere diem, cum caelestes misit nuntios ad cogendum pastorem simplicium pompam, superbis quidem hominibus despicibilibus, sed angelis venerandam, qui nec potentia tumidi aut philosophiâ gloriosi, sed modestia

(1) *לֹא יִשְׁלַח אֱלֹהִים יָדוֹ בְּיָדוֹ הַיָּמִינִי*, non spernit perfectum, sive integrum, vel probum.

NEC PORRIGET MANUM MALIGNIS, *וְיִשָּׁר הָאֵרֶץ*, *manum malignorum*, sive *maleficorum*, i. e., eos non jurat nec manum collapsis praebet, etc., eos ex malis erudiendo et castigando; Is. 42, 6. Jer. 25, 14, vel, in malitia confirmando et armando. Vide Gen. 19, 16, ubi angeli Loti manum praehederant. Confer et Exod. 25, 1: *Non junges manum*, etc. *וְיִשָּׁר הָאֵרֶץ*, cum regit propositionem 2, non sig. *confirmare*, sed *apprehendere*, Deut. 22, 25. Prov. 7, v. 15. Is. 45, 1. Non tenet, non sustentat. (Synopsis.)

ribus culti, simplicitate verecundique decori adventantem in mundum Messiam honorarent. Quod divina providentia consilium magnificè praedicat D. Ambrosius lib. 2. in Lucret: «Non gymnasia, inquit, choris referta Sapientum, sed plebem Dominus simplicem requisivit; quae phalerata audita et fucata nesciret: simplicitas enim queritur, non ambitio desideratur.» Par iudicium deinde Christus in Apostolis legendis ostendit, quos principes religionis et lumina orbis terrarum esse cupiebat; neque enim illos cepit è Scribarum arrogantium coetu et supercilio Pharisaeorum, qui ad fraudem et militiam eruditi, populi applausum et reverentiam callido artificio merebantur, sed è communi vitâ simplices, innocentia vitæ et bonitate commendatos. Quam ob causam Petrus Chrysologus Serm. 28, Apostolos divinè vocat *simplicitate pretiosos*. Noluit profectò habere alios discipulos quam simplicitate candidos, et moribus animi innocentis Dei Filio simillimos. Quae omnia praesentem sententiam luculenter confirmant, quoniam Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis.

Hic igitur exemplis primi Christiani, et hoc magisterio sacrosancto imbuti, nihil pulchrius felicisque ducebant, quam hæc piâ et candidâ simplicitate præcellere. Unde Tertullianus lib. de Spectaculis cap. 20, ait esse in vitâ Christianâ *non strophas, sed simplicitates*; et lib. de Cultu feminarum cap. ult. ornamenta Apostolorum esse *(de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, etc.* D. Ambrosius cum eandem virtutem in Satyro fratre mirificè commendavisset, super dictioni axioma hoc divinum adjunxit: «Anima benedicti omnis simplex,» quod ante ipsum pius propheta cecinit: *Generatio rectorum benedictur*, sic vocans gentem et nationem simplicium, hoc est, eos qui recto sunt corde, et praepouunt Dei voluntatem sibi, ut interpretatur S. Augustinus in Psal. 111. Haec ergo generatio benedictur, hoc est, à Deo bonis omnibus affluenter et copiosè cumulabitur; ea enim vis verbi est, ut apud Isaiam, cap. 61, 9: *Isti sunt semen, cui benedixit Dominus*. Breviter ingentium bonorum cumulum et magnificentiam expressit, quae simplicibus reponuntur, atque in eorum sium quotidie à Deo liberalissimè et plenè veluti manu conferuntur; quod enim deesse illis potest, quibus Deus benedicit? Isaias cum justis hominibus felicitatem vellet exponere consilium brevitate est usus: *Dicite justo quantum bene*, cap. 5, 10. Simplicium scilicet comes Deus, cum ad eorum semper labi ubique versetur, ubique benedicit, hoc est, aperit suae benevolentiae thesauros, ut in candidas illas animas caelestia dona dispergat, easdemque mirificum in modum soleat et attollat, sicut è diverso malignos aversatur, ideoque non porrigit eis manum, id est, minime illos adjuvat, nec amicitiae fœdas cum illis iungit, aut ab his munus accipit, ut Septuaginta vertunt: *Nec ullam manus impii accipiet*, quemadmodum scilicet in Genesi respexit Dominus ad Abel, et ad musera ejus; ad Cain verò et ad musera illius non respexit; cujus nullam aliam

Scriptura reddit rationem, quam quòd Abel simplex esset, Cain verò malignus. Quò Baldad hic alludere videtur; et haud obscure David quoque respicit, cum ait: *Mans adstabo tibi, et video*; quoniam non Deus volens iniquitatem tuas: neque habitabit iuxta te malignus; neque permanebunt iniusti ante oculos tuos, etc. Et itaque Job malignorum abominationem exadat, et simplici benedictionem obtineat, jubet enim Baldad sincero corde ad Deum converti, cuncta tunc illi prospera promittens.

VERS. 21. — DONEC IMPLEATUR RISU OS TUUM ET LABIA TUA JUBILO (1). Quasi dicat: Adhuc te, mi Job, si simplex et perfectus fueris, non projiciet Deus, ut etiam inter inimicos suos habiturus sis, et bonis omnibus ac gaudiis ad risum et jubilationem usque cumulaturus; siquidem ex virtute tanta exortur animi letitia, ut justi et puri peccato semper ovare et triumphare quodammodo videantur. Quare propheta Regius ita invitât, Psal. 51, 11: *Gloriamini, omnes recti corde*; ubi *gloriarî* est vehementer gaudere. Unde quidam ita vertunt: *Incitate ad orationem rectos corde*; apud Septuaginta est *καυχῶντες*, quod victorum et triumphantium est proprium, qui fractis domibusque hostibus tripudio quodam gestunt, cantu et letitiâ effervunt. Hebraea vox, quâ David nititur, jubilationem significat. Id Septuaginta et Graeci Patres passim dicunt *ἠγαλλῶναι*, in rebus laetissimis jubulare. Hinc *ἠγαλλῶναι*, ut ait Hesychius, est oda pro victoria. S. Chrysostomus in Psal. 46, exponit rem disertius: «Soleat, inquit, exercitus, quando inclinat hostium acies, non uti extremâ victoriâ, sed concordî voce et jubilo quætere eorum animos jam abjectos; quod est clara victoria et trophaei argumentum maximum.»

Hoc igitur lætitiæ genus promittit hic Baldad Jobo, cum ait: *Donec impleatur risu os tuum et labia tua jubilo*. Quae nihil aliud significant, quam, ut S. Chrysostomus diceret, *ἠγαλλῶναι ἑσθῆρας*, insignem quodam exquisitamque letitiam. Virtus enim incredibilem animi voluptatem ingenerat; ut è contra seculus angorem turbulentum et pungentis curarum molestias, quae diurnam et nocturnam quietem penitus exhauriunt. Comes enim sceleris est mala formido, et conscientiae horror, et impendens poenae metus, ut Tantalò saxum. Gravissimè Tertullianus lib. 4 contra Marcionem, cap. 17: *Nullam, inquit, maleficam sine formidine est, quia nec sine conscientia sua*. Sed divinus ead de re habemus oraculum: *Semper salva praesentium perturbata conscientia*, inquit Sapiens cap. 17, v. 11. Contra gestit et letatur virtutis studiosus, et mirum quantum intimo in animo consolatione perfunditur.

(1) Aliqui subaudiunt et repetunt eis superioribus: si itaque Deum requisieris et deprecatus fueris studentem integritati, te sanè restituet, donec scilicet ut impleat, etc. Sed possunt et hæc juncti cum proximo; nec malignos aut improbos juvabit, qui potius perdet (est enim *ἀποκτείνω*), donec te ita restituet, ut præ felicitate in lætos clamores prorumpas; q. d.: Adhuc geris quidem aliquandiu, sed si ad eum redieris, te ita prosperabit, ut vehementer gaudeas, et præ gaudio in risum et jubulum solvaris. (Rosenmuller.)



Quæ varietas in clypeo poetico aureo expressa mihi videtur, in quo Vulcanus elegantissimè artificio urbes duas exiherat, in quarum una sunt convivia, festus Hymen, et tripudia, et cantus, tadarumque festâ luce nientiam magna copia; in alterâ verò bella, contentiones, rapine, pugnae, ululatus, luctusque audiuntur et gemitus. Imago est utriusque animæ tum gratiâ ornate, tum vitio deformate: in illâ est læta et profunda pax, cantusque et choræ velut divinis plena sunt omnia; in hæc vario dissonoque strepitu et tumultu ac concursu molestissimarum difficultatum omnia miscentur.

Atque ut è sacris potius quàm ab Homeri ingenioso commento hæc illustrentur, si licuit erudito poetæ fingere choros, et pæanes, et lucernarum accensionem, et thiasos; hoc est, magnifica et apparatusissima convivia, ad animi lætitiâ et alacritatem vite innocentis exponendam; paria propè vetustioribus amicis Salomon: *Secura*, inquit, *mens iuge convivium*; Prov. 15, 15. In hoc convivio defæcatum vitium est germinans virgines et honestissimas cogitationes, ubi non tibi strepit, non cinyra ludit, non chelys resonat, sed Gratia modos facit, virtutes succiunt lunatissimâ symphonîâ; cor justî liquidâ pæce gaudique perfruitur, et Dei laudes celebrat cantu læto jubilantis conscientie, adè ut non rarò etiam os ipsam risu impleatur et labia jubilatione: quod fit tum, quando exuberans animi lætitiâ cordisque hilaritas per vociferationem, risum et exultationem, aut hujusmodi exteriora signa se prodit.

Hoc sensu David etiam eadem phrasi utitur ad ineffabilem populi Israëlitiç, è Babylonicâ captivitate liberati, lætitiâ declarandam, cum ait: *In concertando Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati: tunc repletum est gaudium* (Hebraicè *risu*) *os nostrum, et lingua nostra exultatione*, Psal. 125. Risus enim et exultatio, jubiliatio atque confessio, laudatio et benedictio, vociferatio, et his similia, ad quæ vates Regius in Psalmis pius omnes frequenter invitât et adhortatur, sincerè et abundantis lætitiæ signa sunt, quæ Baldad Jobo minime defutura pollicetur, dummodò non ficto, sed sincero corde Deum colat, ac reveretur; quippe qui simplicem amplectitur, neque ab illo exorandum manum auferat, donec ipsum perfectò spiritali gaudio cumulat, quod nemo in postèrum ab eo tollere possit: adè si quis ausu temerario ejus gaudium intercubare presumpserit, tantum ablatum sibi uti sit voti sui compos fiat, quin è contra potius sibi metipsum molestiam creaturus, et perpetuam confusionem allaturus videatur. Quapropter subdit:

VERS. 22. — QUI OBERENT TE INDUENT CONFUSIONE (1); ET TABERNACULUM IMPIORUM NON SUBSISTET.

(1) Sive pudore, i. e., obruentur plenè et perfectè confundentur; Psal. 55, 26, et 109, 29, Ezech. 26, 16. Cum te, præter spem, restitutum viderint. *Indueri* dicitur eo quo vel ornatur, vel dedecoratur. Vel vertas: *Donec induantur, non subsistet*, *tabernaculum ipsum, non erit, non exstabit*, i. e., Deus non instaurabit illud; h. e., peribit. Perderet totaliter.

(Synopsis.)

Jobo jam ad Deum sincerè converso mirificam divinæ protectionis manum prorsus propitiâ addidit Baldad; quinimò futurum omninò vaticinatur, non tantum nihil ab iis qui plusquam vaticinio ipsum odio prosequuntur, incommodi relaturus sit; sed è contra visurus (quod erat votum Davidis), ut confundatur et deficiat detrahentes animæ ipsius; et operantur confusionem et pudore, qui querunt mala illi. Illa autem confusionis significatio, induitur *confusione*, perelegans est; quâ notari videtur illud rubrum quasi velum, quod vultui erubescendum tanquam quoddam indumentum obducitur. Eodem modo David, Psal. 108, 28, inimicis suis imprecatur: *Induantur qui detrahunt mihi pudore, et operiantur sicut diploide confusione suâ*. Id est, sic eis adhaeret confusio, sic eos totos operiat, sic penitus circumvestiat, sic eam ubique circumferat, quomodo diploide sine vestimento adheret corpori, et ipsam operit. Est autem Hebraismus, quo exprimitur omnimodo et undique confundens verecundia; scilicet propter inherentiam, assiduitatem ac perpetuitatem, qualis est in vestimento; sine quo nemo saltem in publicum adheret corpori, et ipsam sevit. Est autem Hebraismus, quo exprimitur omnimodo et undique confundens verecundia; scilicet propter inherentiam, assiduitatem ac perpetuitatem, qualis est in vestimento; sine quo nemo saltem in publicum adheret corpori, et ipsam sevit. Est autem Hebraismus, quo exprimitur omnimodo et undique confundens verecundia; scilicet propter inherentiam, assiduitatem ac perpetuitatem, qualis est in vestimento; sine quo nemo saltem in publicum adheret corpori, et ipsam sevit.

Adè ut repleantur adversarii tui pudore, quàm te viderint restitutum præter expectationem suam confusi. (Rosenmüller.)

Alors ceux qui vous haïssent seront convertis de confusion; et la maison des impies sera détruite, ou ne subsistera plus. Je vous plains comme malheureux, et je vous condamne comme coupable; mais j'en ai pour vous ni haine ni mépris. Il n'en est pas ainsi de beaucoup d'autres, qui n'ont pas la même modération que moi, et qui confondent mal à propos le péché et le pécheur, en haïssant l'un et l'autre. Je souhaite, pour votre consolation et pour leur honte, que vous soyez bientôt en état de leur reprocher leur inhumanité, et je voudrais même que lorsque vous serez pleinement rétabli, vous eussiez la satisfaction de les voir dans la misère, et de comparer alors votre gloire avec leur humiliation. Car il est doux de voir ses ennemis à ses pieds, et d'être dans la joie quand ils sont dans les pleurs. Mais il faut mériter cette grâce par un sincère repentir, et ne pas mettre obstacle à mes promesses par le retus obstiné de vous avouer injuste.

Je ne fais pas tort à Baldad d'expliquer ainsi ses paroles. Mais, contre sa pensée, elles renferment un sens prophétique où il est plus intéressé qu'il ne croit, et dont il connaitra bientôt la vérité, en s'humiliant devant Job, comme devant le pontife, et le médiateur qui doit le réconcilier avec Dieu, et en changeant ses accusations et ses reproches en admiration et en louanges. Baldad et ses amis sont en ce point, comme en beaucoup d'autres, une figure très-claire de Juifs, qui, dans leur aveuglement même et dans leur incréduité, prédisent tous les jours la gloire de Jésus-Christ, et la foi qu'ils auront en lui, en conservant les prophéties qui annoncent l'un et l'autre, et en les lisant dans leurs synagogues avec une pleine confiance qu'elles seront un jour accomplies, quoiqu'ils ignorent comment elles le seront, et qu'ils soient pleins de haine contre le Sauveur qu'ils adorent. Alors ceux qui vous haïssent seront convertis de confusion; et la maison des impies sera détruite, ou ne subsistera plus. (Duguel.)

turbantur, et magno pudore afficiuntur, cum viros sanctos quibus antea illuserant et detraxerant, à malis postea vindicatos, felicem vitam agere et gloriâ florere conspiciunt. Id quod fortè Baldad ipse aliquè amici Jobi postmodum experti sunt, cum Job et è malis emerisset, et multis à Deo ornatus fuisset beneficiis; ipse verò Dei reprehensionem incurrisset, quòd non locuti fuerint rectum coram eo, sicut servus ejus Job, ut in fine libri narratur.

Cæterum cum subdit: *Et tabernaculum impiorum non subsistet*, non tantum illos rubore ac confusione suffundendos, verum etiam penitus exterminandos significat. Tabernaculum enim vocat habitaculum in terrâ. Quo sensu etiam David ad impium dicit, Psal. 51, 2: *Propterea Deus destruet te in finem: evellat te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terrâ viventium*; significans eum tanquam domum

#### CAPUT IX.

1. Et respondens Job, ait:
2. Verè scio quòd ita sit, et quòd non justifictur homo compositus Deo.
3. Si volueris contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille.
4. Sapiens corde est, et fortis robore; quis restitit ei, et pacem habuit?
5. Qui transtulit montes, et nescierunt hi quos subvertit in furore suo.
6. Qui commovet terram de loco suo, et columnæ ejus concutuntur.
7. Qui præcipit soli, et non oritur; et stellæ claudit quasi sub signaculo.
8. Qui extendit coscos solus, et graditur super fluctus maris.
9. Qui facit Areturum, et Oriona, et Hyadas, et interiora austru.
10. Qui facit magna, et incomprehensibilia, et mirabilia, quorum non est numerus.
11. Si venerit ad me, non video eum; si abierit, non intelligam.
12. Si repente interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest: Cur ita facis?
13. Deus, cuius ira nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem.
14. Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo?
15. Qui etiam si habuero quippiam justum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.
16. Et cum invocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.
17. In turbine enim conteret me, et multiplicabit vulnera mea etiam sine cansâ.
18. Non concedit requiescere spiritum meum, et implet me amaritudinibus.
19. Si fortitudo quæritur, robustissimus est:

S. S. XIII.

non rectè edificatum aut tabernaculum malè compositum solo coæquandum, et penitus destrudendum; aut tanquam arborem infrugiferum evellendum, et radicibus extirpandum; id est, genus et prosapiam ejus totam delendam et aboleandam; quandoquidem cunctis hominibus per modum radicis est genus cuiusque sumus; ac si dicat: Ex omni domo et omni cognatione tuâ te eliminabit, et emigrare faciet ab hac habitatione et ab hominum super terram viventium conversatione ad diversorium mortuorum; quod est sepulcrum.

Tropologice S. Gregorius, lib. 8 Moralium, cap. 32, hæc exponit de confusione, ignominia et ruinâ extremâ, quam iniqui in die iudicis sustinebunt, in quo minime subsistent, uti cap. 7, vers. 8, explicatum est.

Cæterum, quid ad hanc Baldadi orationem Job responderit sequens caput declarabit.

#### CHAPITRE IX.

1. Job répondit ensuite à Baldad, et lui dit:
2. Je sais véritablement que cela est ainsi, et que l'homme, si on le compare avec Dieu, ne sera point justé.
3. Et que s'il veut disputer contre Dieu il ne pourra lui répondre sur une seule chose de mille que Dieu pourra lui objecter. Ce serait donc une grande témérité à moi de vouloir contester avec Dieu, et d'oser l'accuser d'injustice ou d'erreur.
4. En effet, Dieu est sage et tout-puissant. Qui lui a résisté avec opiniâtreté, et est demeuré en paix?
5. C'est lui qui transporte les montagnes; et ceux qui lui renversoient avec elles dans sa fureur ne s'aperçoivent pas; ils ne peuvent prévoir ses effets de la colère du Seigneur, ni les déceler.
6. C'est lui qui remue la terre de sa place par des tremblements extraordinaires, et qui fait que ses colonnes sont ébranlées par des secousses violentes.
7. C'est lui qui commande au soleil; et il le soleil ne se lève point: il tient les étoiles enfermées comme sous le sceau, et elles ne paraissent que par ses ordres.
8. C'est lui qui a formé seul la vaste étendue des cieux, et qui marche sur les flots les plus élevés de la mer.
9. C'est lui qui a créé les étoiles de l'Ours, de l'Orion, des Hyades, et celles qui sont plus proches du midi.
10. C'est lui qui fait des choses grandes, des choses incompréhensibles, et des choses miraculeuses, sans sans nombre.
11. S'il vient à moi, je ne le verrai point; et s'il s'en va, je ne m'en apercevrai point, ses démarches et ses opérations étant imperceptibles, et infiniment au-dessus de la portée de mon esprit.
12. S'il interroge tout d'un coup, qui pourra lui répondre? ou, s'il lui plaît d'aprouver quelques-uns par les afflictions ou les maladies, qui pourra lui dire: Pourquoi faites-vous ainsi?
13. Nul ne peut résister à sa colère, parce qu'il est Dieu; et ceux mêmes qui portent et qui gouvernent le monde, fléchissent sous lui.
14. Que suis-je donc moi, pour lui répondre, et pour oser lui parler?
15. Quand même il y aurait en moi quelque trace de justice, je ne répondrais point, s'il voulait me la contester; mais je le conjurerais comme mon Juge de me pardonner les péchés qu'il verrait en moi, et qui me seraient cachés.
16. Et lorsqu'il aurait excusé ma prière, je ne croirais pas qu'il eût entendu ma voix tant je me sens indigne de l'attention d'un Dieu si saint et si élevé, et je ne compterais pas de m'avoir plus rien à craindre de sa colère.
17. Car il me brisera quand il lui plaira, comme d'un coup de foudre, et il multipliera mes plaies, sans même que j'en sache la raison.
18. C'est ce qu'il fait dès à présent; il ne me laisse pas seulement respirer, et il remplit mon âme d'amertume, par les douleurs extrêmes dont il m'afflige continuellement, sans que j'en sache la cause ni le remède.
19. Car si l'on implore contre lui le secours de quelque puissance, il est tout-puissant et au-dessus de toute autre puissance; et si, dans les moments qu'il fait souffrir, l'on en appelle à la justice d'un Juge, il n'y a personne qui oser défendre ma cause, ni rendre témoignage en ma faveur contre lui.